Die 26 et 28 Maji 1656, fit Magister Musices per pat. in forma P. Fr. Jacobus Bettini a Lendaria ob multa opera in lucem edita. (*Reg. Ord.* f. 298).

— 108. Andreas Marignanus de Varisio ob multa servigia praestita in Ecclesiis nostris in Capitulis Generalibus: est in arte musica peritissimus, fuitque per tres annos Curator animarum in Ecclesia Pontis Sixti. (*Reg. Ord.* an. 1636, fol. 298).

1657. — 109. Jo. Baptista Cesati.

Die 1 Junii 1657. Instituitur Magister Musices per pat. in forma P. Fr. Jo. Baptista Cesati a Mediolano ob servitia praestita per multos annos in hac, et in aliis nostris Ecclesiis. (*Ibid.*).

— 110. Julius Caesar Madius.

Die 6 Junii 1657 fit Magister Musices per pat. in forma P. Fr. Julius Caesar Madius a Mediolano, qui debet eas ostendere PP. Diffinitoribus in futura Congregatione Provinciali. (*Ibidem*).

— 111. Carolus Capis.

Die eadem fit Magister Musices per pat. in forma P. Fr. Carolus Capis a Vimercato, qui debet ostendere PP. Diffinitoribus in futura Congregatione Capitulari (*Ibid.* fol. 298).

1658. — 112. Andreas Chilonischi.

Die 24 Augusti (1658) fit Magister Musices P. Fr. Andreas Chilonischi Polonus, sicuti supra, et etiam possit dare vocem activam in electione Ministri Provincialis suae Provinciae. (*Reg. Ord.* f. 298).

1659. — 113. Dominicus (sic).

20 Novembris tradita fuit licentia Fr. Dominico docenti Artem Musicam duobus pueris pro servitio Ecclesiae Lugani, et aillis etiam, dummodo non intrent clausuram interiorem, per litt. familiares dat. Perusiae. (*Reg. Ord. tit. Prov. Mediolan.* f. 120).

1660. — 114. Franciscus Maria de Castellana.

Ad petitionem Ministri Provincialis fuit institutus Magister

Musices Fr. Franciscus Maria de Castellana, qui per multos annos Assisii inserviit, indultu et decreto Congregationis Generalis 1656 per litt. pat in forma. Dat. Assisii 6 Januarii 1660. (*Reg. Ord. tit. Prov. S. Nicolai* f. 142).

1662. — 115. Bonaventura a Saronò.

Fuit institutus Magister Musices cum facultate suffragandi etiam in electione Ministri Provincialis ad instantiam et petitionem Ministri Provincialis Mediolani, P. Fr. Bonaventura a Saronò per litt. pat. dat. 14 Maji 1662 (*Reg. f. 124*).

— 116. Paulus Fussettus.

Die 2 Junii obtinuit litt. pat. in forma etc. pro Magistro Musicae Fr. Paulus Fussettus de Monza. (*Reg. f. 120 tit. Prov. Mediolani*).

— 116.bis Alfonsus de Ferraria.

Fuerunt confirmatae litterae patentes pro Magistro Musicae Fr. Alfonso de Ferraria die 14 Junii 1662. (*Reg. Ord. tit. Prov. Bononiae* f. 47. — V. supra n. 101).

1663. — 117. Adalbertus Polonus.

Die 3 Januarii obtinuit litteras pat. in forma Magistri Musices pro servitio praestito etc., ut ex suis praerequisitis P. Adalbertus Polonus. (*Reg. tit. Provinciae Poloniae* f. 175).

— 118. Jo. Baptista Vacchelli.

Die 18 Februarii datae fuerunt litterae pat. pro Magistro Musices ex servitio habito etc. P. Jo. Baptistae Vacchelli de Ruberia. (*Reg. Ord. tit. Prov. Bononiae* f. 48).

— 119. Antonius Stratella.

Die 12 Septembris obtinuit litt. pat. in forma pro Magistro Musices P. Fr. Antonius Stratella a Nepio ob servitia etc. (*Reg. f. 79*).

1665. — 120. Laurentius Foliatus Venetus.

Die 22 Maji obtinuit litt. pat. et institutus Magister Musices Fr. Laurentius Foliatus a Venetiis. (*Reg. Ord. tit. Prov. S. Antonii* f. 6).

— 121. Bonaventura de Theate.

Fuit data vel melius, confirmata licentia inserviendi pro Magistro Musicae in Archiepiscopali Ecclesia Calaritano P. Fr. Bonaventurae de Theate sub obedientia illius P. Guardiani ad petitionem Ill. mi D. ni Archiepiscopi, non tamen manendi extra claustra, uti idem Ill. mus cupiebat, per litteras familiares dat. 11 Julii 1665. (*Reg. Ord. tit. Sardiniae* f. 181).

— 121bis. Bonaventura Rubini.

Fuit confirmata licentia inserviendi pro Magistro Musices in Cathedrali Panormi, sicut jam per 22 annos inserviit, P. Magistro in Musica Bonaventurae Rubino de Monticulo per litt. familiares, petente D. no Archiepiscopo Civitatis. Dat. 25 Julii 1665. (*Reg. Ord. tit. Siciliae* f. 186 v. num. 78).

— 122. Maurus Berkam.

Die 3 Octobris ad instantiam Diffinitorii Provinciae institutus fuit Magister Musices P. Fr. Maurus Berkam per litt. pat. in forma. (*Reg. Ord. tit. Prov. Bohemiae* f. 40).

— 123. Gerardus Polonus.

Institutus fuit Magister Musicae ad petitionem P. Ministri Provincialis, Bacc. Fr. Gerardus Polonus per litt. pat. dat. 26 Augusti 1665. (*Reg. Ord. tit. Prov. Poloniae* f. 159).

1668. — 124. Jo. Baptista Crassus.

Patri Joanni Baptistae Crasso a Castronovo dantur patentes Magistri Musices ob servitia praestita cum facultate ferendi suffragium in Capitulis. Laudi 11 Februarii 1668. (V. num. 106).

1669. — 125. Antonius Rocox.

Instituatur Magister Musices P. Antonius Rocox Provinciae S. Ludovici Galliae per pat. litt. dat. Bononiae 16 Julii 1669. (*Reg. Ord. f. 258*).

1671. — 116. Michael Fattorelli.

Fuit institutus Magister Musices P. Fr. Michael Fattorelli de Verona per pat. (*Reg. Ord. f. 258*).

— Die 15 Maji datae fuerunt litterae obedientiales tribus

Fratribus Musicae Professoribus tunc Ferrariae existentibus, ut Assisium in servitium illius sacrae Basilicae se transferrent, et quia asserebant, se inopiae causa ad hujusmodi iter ineptos, P. R. mus (Martialis Pellegrini Generalis Minister) ex suis eleemosynis convenientem pecuniam subministravit. (*Reg. Ord. f. 24*).

1674. — 127. Dominicus Scorpioni.

Die 11 Aprilis institutus fuit Magister Musices P. Dominicus Scorpioni ad praescriptum Urbanarum Constitutionum, Decr. Alex. VII et Decr. Diffinitor. Generalis per pat. Romae. (*Reg. Ord. tit. Prov. Bononiae f. 43*).

1675. — 128. Hyacinthus Skatecki.

Die 17 Aprilis fuit institutus Magister Musices P. Fr. Hyacinthus Skatecki, habita attestazione Diffinitorii per pat. Romae. (*Reg. Ord. tit. Prov. Poloniae f. 107*).

1677. — 129. Melaranci.

P. Melaranci Magister Musices Romae tempore Capituli Generalis anni 1677. (*Ex Actis*).

1682. — 130. Franciscus Angeli.

Die 8 augusti institutus fuit Magister Musices in Ecclesia nostra S. Francisci Panormi P. Franciscus Angeli de Panormo per litt. pat. expeditas in forma Romae. (*Reg. Ord. f. 162*).

1683. — 131. Franciscus Maria Angeli.

Praefectus Musicae in Capit. Gener. an. 1683; Custos Custodum suae Provinciae, et Concionatur in eodem Capitulo, ubi et electus est Socius et Assistens Generalis Ordinis; dictus est a *Rivotorto*. (*Acta*).

— **132. Michael Angelus Falutius.**

Pulsator organorum in eodem Capitulo Magister Michael Angelus Falutius. (*Ex Actis*).

— **133. Antonius Maria Ferraris.**

24 Julii fuit institutus Magister Musices Assisii P. Fr. Antonius Maria Ferraris de Moretta Subalpinus. Romae. (*Reg. Ord. tit. Prov. S. Francisci f. 55*).

1692. — 134. Joseph de Terentola.

23 Februarii concessa fuit licentia Mag. Josepho de Terentola ut inservire possit Ill.mo et R.mo D.no Episcopo Avelini pro Magistro Musices, cum hoc tamen, ut simul cum aliis Fratribus permaneat in eodem nostro Conventu sub obedientia P. Guardiani pro tempore. (*Reg. Ord. tit. Prov. Neapol. f. 36*).

1694. — 135. Michael Angelus Tarabusi.

Die 23 Octobris per litt. familiares data fuit facultas Collegiali Michaeli Angelo Tarabusi eundi Bononiam ad ibi exercendum officium Magistri Musices pro nostra Ecclesia cum hoc tamen, quod intervenire debeat exercitiis scholasticis sicut et alii Collegiales (*Reg. f. 26*).

1695. — 136. Joseph Maria Ferrari.

In Capit. Gener. 1695. Musicae Praefectus P. Fr. Joseph Maria Ferrari de Assisio. (*Acta*). Die 24 Aprilis 1698. Magister Musices Paduae P. Joseph Ferrari. (*Reg. Ord. f. 15*).

— **137. Michael Angelus Stizzano.**

7 Octobris concessa licentia, ut P. Fr. Michael Angelus Stizzano inservire possit pro Magistro Musices in Cathedrali Civitatis Therami, dummodo cum aliis Fratribus choro intersit, et religiose vivat. (*Reg. Ord. f. 50*).

1697. — 138. Cajetanus de Stephanis.

— **139. Hieronymus Giovannelli.**

Die 21 Martii P. Fr. Cajetanus de Stephanis a Theate Musicus Aeunucus cum per 15. annos Magistri Musices munus laudabiliter in Ecclesiis Cathedralibus et Collegiatis praesertim Civitatis Lavinens., Sermonetae, Vasti et Bagnoli, ac in variis Comitibus Provincialibus, ac Congregationis Religionis nostrae exercuerit, nec non ex attestazione P. Hieronymi Giovannelli in Basilica nostra SS. XII Apostolorum de Urbe Magistri Musices opus Musicale composuerit, et luce dignum sit adjudicatum, ideo per litteras patentes Discretus perpetuus fuit institutus, Constitutionibus tamen Urbanis minime refragando, et Definitorio ejusdem Provinciae nativae fuerint litterae concessae praesentatae. (*Reg. Ord. f. 52. — Vid. n. 147*).

— **140. Joseph Natali de Camerino.**

Die 4 Novembris institutus est Magister Musices per lit-

teras pat. in nostra Ecclesia S. Francisci Bononiae P. Joseph Natali de Camerino. (*Reg. Ord.* f. 33 — V. num. 147).

1701. — 141. Joseph Maria Pò.

— 142. Franciscus Antonius Ricci.

PP. Magg. Joseph Maria Pò de Finali, et Franciscus Antonius Ricci de Civitate Ducali, primus Magister Musices in nostra Sacr. Basilica Assisiensi, et secundus Musicus ejusdem, qui fuerunt Lectores ibidem, et devotionis gratia inservire desiderant praedictae Sacr. Basilicae, primus in officio Lectoris Sacr. Canonum, et secundus Theologiae Moralis, petunt, ut sequentibus annis triennia ipsis currant pro secunda et prima classe in via Paternitatis. — Ven. Definitorius annuit juxta petita. (*Acta Cap. Gener.*). Die 18 Octobris 1701 expedita fuit littera obediencialis collocationis Venetiis Magistro Josepho Mariae de Finali. (*Reg. Ord.* f. 31. — Vide n. 151). Die 13 Februarii 1706 instituitur Magister Musices in Ecclesia nostra S. Francisci Bononiae P. Mag. Joseph Maria Pò de Finali cum honorario seu emolumento 50 scutorum singulis annis ei a praedicti Conventus Conventuali Capitulo assignato. (*Reg. Ord.* f. 19 tit. *Provinciae Bononiae*) P. Mag. Joseph Maria Pò de Finali Mutinae (*ibidem.*).

— 143. Franciscus Ferri.

11 Augusti 1701 expedita fuit collocatio pro Sacr. Conventu Assisii P. Bacc. Ferri Musico commoranti in Oppido Cryptarum S. Laurentii cum munere Magistri Musices in Conventu S. Marci. (*Reg. Ord.* f. 7).

Die 15 Octobris 1701 collocatus de familia Musicus Fr. Franciscus Ferri de Marsciano Sacerdos. (*Ibid.* f. 31).

— 144. Joseph Brunelli.

21 Maij 1701 collocatus fuit Venetiis de familia in Conventu nostro Magnae Domus P. Josephus Brunelli Romanus Musicus Bassus, et destinatus Vicarius Ecclesiae nostrae. (*Reg. Ord.* f. 31).

— 145. Ferdinandus Antonius Lazzari.

Die 8 Novembris 1701. Collocatus de familia in Conventu Magnae Domus Venetiarum P. Ferdinandus Antonius Lazzari de Bononia Sacerdos, qui nunc munere Pulsatoris organorum fungitur in Sacr. Assisii Capella. (*Reg. Ord.* f. 32).

— 146. Franciscus Antonius Gallegari *alias* Callegari.

19 Novembris 1701. Instituitur Magister Musices in Ecclesia nostra Magnae Domus Venetiarum P. Franciscus Antonius Gallegari de Venetiis Sacerdos. (*Reg. Ord.* f. 32).

Die 5 Novembris collocatus [? manca il nome] de familia in Conventu Magnae Domus Venetiarum pro interim cum munere Rectoris Musices per modum provisionis usque dum adveniat P. Gallegatus de Venetiis. (*Reg. Ord.* f. 31. — V. num. 147).

— 147. Zacarias Tevo.

23 Novembris 1701. Committitur PP. Bacc.^o Josepho Natali Magistro Musices in Cathedrali Civitatis Firmi, et Franciscus Antonio Gallegari Magistro Musices in Ecclesia Magnae Domus, ut opus agens de praeceptis musicalibus a P. Bacc.^o Zacharia Tevo compositum, quod inscribitur *il Musico Testore*, attente perlegant, ac sedulo examinent, et referant Ministro Generali, an dignum sit ut typis mandetur. (*Reg. Ord.* f. 32).

— 147bis. Cajetanus Stephani.

Die 30 Novembris instituitur Magister Musices S. Francisci Bononiae P. Cajetanus Stephani de Theate Discretus perpetuus. (*Reg. Ord.* f. 47).

Die 11 Octobris 1702 collocatur de familia in Conventu Ferrariae ut Magister Musices P. Cajetanus Stephani de Theate. (*Reg. Ord.* f. 49. Vide n. 138).

— 148. Thomas Fajetti.

17 Decembris 1701 collocatur de familia in Sacro Conventu Assisii P. Thomas Fajetti de Urbana tamquam Pulsator Rotatae Sambucaae pro servitio illius Seraphicae Cappellae. (*Reg. Ord.* f. 9).

— 149. Dominicus Antonius Giordani.

P. Dominicus Antonius Giordani Magister Musices in Conventu SS. XII Apostolorum Romae. (*Ex Reg. Ord. sub Coronelli* f. 246).

P. Dominicus Antonius Giordani de Arce Sinibaldi Magister Musices in Capitulo Generali an. 1707. Assisii celebrato, (*ex Actis*) et in altero an. 1725. Romae habito, (*ex Actis*).

An. 1712, 8 Octobris erat Magister Musices Cathedralis Narniae (*ex Reg. Ord.* f. 8).

1703. — 150. Jo. Baptista Asiago.

12 Septembris 1703 datur licentia, ut exercere possit munus Magistri Musices in Ecclesia Magnae Domus Venetiarum P. Jo. Baptista Asiago de Belluno electus ad id munus a PP. Conventus nostri Venetiarum (*Reg. Ord. f. 37*).

— 151. Dominicus Scorpioni.

Die 12 Septembris 1703 instituitur Magister Musices in Sacra Basilica Assisii P. Dominicus Scorpioni Calaber, qui modo exercet hujusmodi munus hic in Ecclesia SS. XII Apostolorum de Urbe, eo quia Magisterio Musices Assisii renuntiavit P. M. Joseph Maria Pò de Finali ob illius aëris inclementiam eidem notabiliter infensi, ut ipse scribebat. (*Reg. Ord. f. 14*).

— 152. Bonaventura Giordanello.

Die 27 Septembris 1703 collocatur de familia pro cantore Musico in Sacro Conventu Assisii Bacc. Bonaventura Giordanello Sacerdos. (*Reg. Ord. f. 31*).

1703. — Decretum Sacrae Congregationis super Disciplina Regularium.

Sacra Congregatio prohibendum censuit, prout praesentis Decreti tenore prohibet Religiosis Ordinis FF. Minorum Conventualium S. Francisci exercitium Magistri Cappellae extra Ecclesias ejusdem Ordinis sub poenis contra transgressores arbitrio Sacrae Congregationis; praecipiturque Superioribus, Regularibus, ne dictum exercitium permittant extra dictas Ecclesias. In quorum fidem etc.

Datum Romae hac die 23 Aprilis 1703.

Loco  Sigilli.

R. Card. Imperiali Praefectus.
Jo. Vallemanno Secret.

(Et ita reperitur in Regesto autographo Sacrae Congregationis super Disciplina Regular. sub die 23 Aprilis, f. 231).

1713. — 153. Franciscus Maria Benedetti.

Die 6 Septembris 1713 per litt. pat. conceduntur P. Francisco Mariae Benedetti de Assisio nunc Magistro Musices, camerae in Sacro Conventu prius habitatae a q.m P. M. Vitali. (*Reg. Ord. f. 100*).

An. 1715. die 10 Junii dispensatum fuit cum P. Francisco Maria Benedetti Sacerdote de Assisio Magistro Musices in

Cappella Sacri Conventus, ut possit acceptari in Patrem Conventus praedicti non obstante quod attigerit aetatem 32 annor. dumtaxat, dummodo tamen cetera omnia requisita possideat. (*Reg. Ord. f. 354*).

An. 1715. die 10 Julii per litt. pat. confirmatus fuit in Patrem Sacri Conventus P. Franciscus Maria Benedetti de Assisio Magister Musices annorum circiter quadraginta (sed f. 354 dictus est annorum 32), et qui audit Confessiones saecularium (ante annum et amplius approbatus ab Episcopo), ut supra. (*Reg. Ord. p. 1371*). [Forse con tanta agevolezza si sperava tenerlo fisso in quel Santuario; ma inutilmente, perchè] die 24 Martii 1716 per litteram familiarem deputatus fuit Magister Musices in nostro Conventu Taurinensi P. Benedetti de Assisio. (*Reg. Ord. p. 472*) per litt. patentes de more institutus ac deputatus fuit Magister Musices nostrae Sacrae Assisiensis Basilicae Pater Benedetti. (*Reg. fol. 80*).

Die 12 Julii 1741 permissum atque concessum est P. Francisco Mariae Benedetti de Assisio Magistro Musices Sacrae Cappellae, ut juxta Rescriptum SS.mi D. N. Benedicti PP. XIV feliciter regnantis, appartementum, seu camerae sitae supra cameras dictas de la Provincia ex suis elemosinis aedificatae, post mortem ejusdem addictae censeantur, et assignatae perpetuo remaneant Magistro Musices pro tempore existenti, et ideo P. S. R.ma facultate SS.mi utens ita omnino servari, atque mandari decrevit, (*Reg. f. 18, An. 1744*). — P. Franciscus Maria Benedetti Prov. S. Francisci 24 annorum curriculo functus est munere Magistri Musices in Sacra Cappella Assisien., ac in pluribus Cathedralibus Pedemontis, quo tempore plurima opera musicalia magno audientium plausu composuit, cujus gratia Diffinitorium Generale ipsum declaravit Discretum perpetuum. (*Ex Actis Congregat. Generalis*).

1716. — 154. Andreas Antonius Novara.

Die 24 Martii 1716 per litteram familiarem deputatus fuit Magister Musices Sacrae Basilicae Assisiensis Pater de Navarra (sic) per modum provisionis. (*Reg. Ord. p. 472*).

Die 6 Maij 1716 expeditae fuerunt litterae patentes, quibus instituitur fuit Magister Musices P. Andreas Antonius Novara ex Provincia Bononiae pro Cappella Sacri Conventus Assisii cum solitis honoribus, et oneribus. (*Reg. p. 497*).

1717. — 155. Joseph Damiani.

Die 24 Novembr. per litt. pat. institutus fuit Magister Musicae Sacri Conventus nostri Assisii P. Joseph Damiani a S. Marino Sacerdos. (*Reg. Ord.*).

1725. — 156. Franciscus Maria Zuccàri.

Die 24 Novembris 1725 per litt. pat. deputatus fuit in Magistrum Musices nostrae Sacr. Assisiensis Basilicae P. Bacc, Franciscus Maria Zuccàri. (*Reg. Ord. f. 24*). In Cap. Gen. 1741 Musicae Praefectus Fr. Franciscus Antonius Zuccàri de Assisio. (*Ex Actis*).

— 157. Jo. Baptista Martini.

Die 3 Decembris 1725 per litt. pat. in forma Fr. Jo. Baptista Martini institutus, deputatus, ac declaratus fuit Magister Musices Conventus nostri S. Francisci Civitatis Bononiae. (*Reg. Ord. f. 93*). Die 28 Julii 1779 confirmatur particulare privilegium Altaris privilegiati privati P. Jo. Baptistae Martini celeberrimo Musices Magistro, qui ex indulto Benedicti PP. XIV illud decenter in propriis cubiculis erexit. (*Reg. Ord. 78*).

Sub die 3 Augusti 1784 (*in Regesto fol. 11*). Omnium bonorum luctu e vivis eripitur P. M. Jo. Baptista Martini Bononien., qui primum post Imperii Rom. excidium ausus est Musices Artis universam Historiam ab origine expendere, et difficillimis temporibus ad nos usque deducere. Immensum opus, ac pene impossibile nedum aetate hominum primaeva fabulisque contaminata, quam monumentorum, ac veterum Scriptorum inopia. Congessit tamen ea, quae potuit, multaue alia conguessisset, nisi mors virum sanctitate morum, et doctrina insignem eripuisset. Musicam sacram theatralibus, prophanisque modis contaminatam gravitate Dorica, ac Phrygia purgavit. (Sequitur postea:)

— 158. Franciscus Antonius Vallotti. — Zuccàri — Masi.

Superioribus annis obierunt P. Vallotti Patavinae Ecclesiae nostrae moderator musices, et P. Zuccàri Assisiensis; et P. M. Masi Romanae. Quot funera artis et Ordinis. (*Ibidem.*).

1741. — 159. Jo. Andreas Valentini.

Magister Fr. Jo. Andreas Valentini de Assisio humiliter exposuit, se per 10 annos Magistri Musices munus exercuisse; rogavitque ut dispensaretur a debito typis mandandi nonnullas musicales compositiones ob gradum Paternitatis Provinciae consequendum, promittens eam summam pecuniae, quae pro impressione hujusmodi compositionum esset necessariam, in beneficium Religionis impendere. Ven. Definitorium vivae vocis oraculo rescripsit. Lectum. *Capit. General.* [Risposta giusta ad una strampalata richiesta.] (*Ex Actis*).

1747. — 160. Claudius Maria Riva.

23 Decembris 1747. P. Claudius Maria Riva de Mariliano Magister Musices in Ecclesia SS. XII Apostolorum Romae declaratur Filius Conventus (*Reg. Ord. f. 48*). In Capitulo Generali 1753. Praefectus Musices Fr. Claudius Riva de Mariano. (*Ex Actis.*)

1750. — 161. Cornelius Lange.

Adm. Rev. P. M. Cornelius Lange Confrater noster amantissimus, emeritus duorum cursuum Philosophiae, et unius anni Moralium Lector, insignis Organista, et Musices Magister an. 1750 die 27 Maji in suo nativo Conventu hoc Agriensi mortuus, in Ecclesia ejusdem tumulatus requiescit in pace (*Monum. Hungar. in Arch. Ord.*).

1753. — 162. Gualbertus Zimmermann.

Die 2 Aprilis 1753, instituitur litterisque patentibus declaratur Magister Musices P. Gualbertus Zimmermann ex Provincia Bohemiae et Conventus Oppoliensis. (*Reg. Ord. f. 235*).

Die 19 Januarii cum in Provincia Poloniae extremum diem clauserit P. Gualbertus Zimmermann Conventus Bitomiensis Prov. Silesiae, qui per plurimos annos erat addictus Episcopo Cracovien., apud quem etiam morabatur in officio Magistri Capellae ejusdem etc. (*Reg. Ord. sub die 21 Mart. 1759 pag. 564*).

— 163. Felix Antonius Masi.

23 Julii 1753. Paternitas Sua R.ma facultate a Sacra Congregatione Episcoporum et Regularium sibi concessa graves ob causas indulset P. Mag. Masi Cantori Pontificiae Cappellae, ut in Ecclesiis publice canere possit his conditionibus, videlicet ut in Ecclesiis tantum; ut non transeat in exemplum; atque ut ita canere impedimentum non sit eidem P. Magistro ad munera proprii status religiosi obeunda, et obedientiam petat a Superiore. (*Reg. Ord. p. 30*).

In Capitulo Generali 1765. Praefectus Musices Magister Fr. Felix Antonius Masi de Florentia; (*ex Actis*: et iterum an. 1771 *ex Actis.*)

1762. — 164. Augustinus Ricci.

Mense Junio 1762 instituitur Moderator, et Magister Musices Patriarchalis Basilicae Sacr. Assisien. Conventus P. Augustinus Ricci Prov. Januae. (*Reg. Org.*).

1766. — 165. *Hiacynthus Romagnani*.

Die 9 Maja 1766 obedientiales litterae de more collocationis in Sacro Conventu dantur in munere Magistri Musices P. *Hiacyntho Romagnano Provinciae Taurini*. (*Reg. Ord.*)

1767. — 166. *Aloysius Albanesi*.

Die 22 Maji 1767. P. *Aloysio Albanesi* dantur pat. litterae, quibus instituitur *Magister Musices*. (*Reg. Ord. Erat Prov. Neapol.*)

— 167. *Aloysius Antonius Sabbatini*.

Die 28 Novembris 1767. P. Bacc. *Aloysio Antonio Sabbatini* Magistro Musices in oppido *Marini* conceditur ex Sacr. Congr. decreto, ut attento defectu *Conventus nostri Ordinis* in oppido praedicto, morari possit apud PP. *Augustinenses* cum onere se praesentandi quolibet bimestri *Guardiano viciniori*, et *Provinciali* in actu visitationis. (*Reg. Ord.*)

Die 8 Februarii P. Bacc. *Aloysio Sabbatini* Magister Musices *Marini* ex rescripto SS.mi conceditur, ut transferre possit suum domicilium a *Conventu PP. Eremitarum S. Augustini* ad *Regularem Domum Clericorum Minorum*; ita tamen, ut semel in mense *Guardiano nostri Ordinis viciniori* se praesentet, et nihil de regulari disciplina relaxetur. (*Reg. Ord.*)

In *Capitulo Generali* an. 1777 et 1783. Praefectus Musices P. *Aloysius Sabbatini de Albano*, (*ex Actis*).

Die 7 Januarii 1786 P. *Aloysio Sabbatini*, qui tamen *Patavinae D. Antonii Ecclesiae* Magister Musices *Romae* ex *Albano* valedicet, assignantur *Albani cubicula*. (*Reg. Ord. f. . .*).
Obiit *Patavii* 29 Januarii 1809.

— 167bis. Die 14 Maji 1767 D.no *Petro Serafini* Musices Professori e *Civitate Assisii* dantur patentes litterae, quibus in *Patriarchali Basilica nostra Sacr. Conventus Assisiensis*, *Magister Musices* instituitur. (*Reg. Ord.*)

(Continua)

Fra le riviste e gli atti accademici

(continuazione: vedi pag. 223)

4. CARLO BONETTI. La genealogia degli Amati liutai, e il primato della scuola liutistica cremonese, — nel *Bollettino storico cremonese* serie II, anno III, vol. VIII (1938), pp. 76-95 e 105-139, con varie tavole illustrative.

L'intendimento dell'a. è chiaramente manifestato nello stesso titolo di questo suo studio; dimostrare cioè che la scuola cremonese di liuteria, immortalata dai nomi di Amati, Stradivari e Guarneri, non è provenuta da nessun'altra scuola circonvicina, nè da Brescia nè da Bologna, ma era già in fiore quando Gaspare da Salò, ritenuto fin qui l'inventore del violino, o Zanetto di Montichiari che si è voluto recentemente innalzare allo stesso primato, non erano che piccoli garzoni di bottega, e quindi che spetta a Cremona e alla scuola cremonese degli Amati il primato su ogni altra bottega liutistica. Il Bonetti ha condotto le sue ricerche negli archivi cremonesi con grande cura e larghezza di indagini, ricostruisce la genealogia completa della famiglia Amati, entra in cortese polemica con quanti hanno scritto o deliberato questo argomento, e conchiude riconfermando anche con raffronti iconografici e artistici che « eliminate le due concorrenti (Brescia e Bologna) resta vittoriosa e conquistatrice del primato liutistico Cremona, e se lo merita per aver dato i natali ai sommi liutai che colle loro creazioni l'han resa celebre nel mondo ». L'argomento però non è esaurito con le accurate indagini anagrafiche sugli Amati; vi sono ancora molti punti oscuri da chiarire e molti problemi storico-artistici da risolvere.

5. RODOLFO GALLO, Antonio Vivaldi, il Prete Rosso — La famiglia — La morte, — nell'*Ateneo Veneto* dicembre 1938, pp. 165-172.

Brevi ma accurate indagini archivistiche intorno alla famiglia Vivaldi, denominata *i Rossi*, e intorno al celebre violinista e compositore veneziano, morto a Vienna poverissimo il 26 o 27 luglio 1741 e ivi sepolto il 28 luglio nel cimitero dell'Ospedale con funerali modestissimi. « Così, in povertà, lontano dalla sua patria, fra genti estranee, moriva un grande italiano che aveva dato al mondo tanta luce vivissima del suo genio musicale ». Il Vivaldi era sacerdote, onde il nomignolo

Musicisti dell'Ordine Francescano dei Minori Conventuali dei sec. XVI-XVIII

(Continuazione e fine: cfr. fasc. n. 5, Sett.-Ottobre 1939: pag. 238)

1770. — 168. Stanislaus Mattei.

Die 18 Augusti 1770. P. Stanislao Mattei Diacono de Bononia dantur patentes litterae quibus instituitur Magister Musices ejusdem Ecclesiae S. Francisci Bononiae post mortem actualis Magistri P. Jo. Baptistae Martini, post cujus etiam mortem praefato P. Mattei conceduntur cubicula, quae modo a P. Martini incoluntur. (*Reg. Ord.*)

1771. — 169. Joseph Paolucci.

Die 6 Decembris 1771 pat. litteris instituitur Magister Musices Basilicae Assisien. P. Bacc. Joseph Paolucci Sacerdos et Magister Musices in Ecclesia S. Martini Servorum Mariae Senogalliae. (*Reg. Ord.*)

1772. — 170. Antonius Boselli.

Die 10 Januarii 1772 per Rescriptum conceditur P. Antonio Boselli Sacerdoti Prov. Bononiae, ac filio ejusdem Conventus, ut possit concurrere et eligi in Magistrum Musices a R.mo Capitulo Civitatis Asculi in Prov. Marchiae, dummodo tamen dictus Pater maneat in Conventu in disciplina regulari. (*Reg. Ord.*)

1785. — 171. Franceschi.

Datis litteris ad P. Bacc. Franceschi Lauretanae Prov. Sacerdotem, ipse instituitur Magister Musices Patriarchalis Basilicae Assisiensis. (*Reg. Ord.* f. 16).

1786. — 172. Antonius Amone.

Die 3 Junii 1786. Antonius Amone Magister Musices Neapolitanus vigore specialis indulti regnantis Summi Pontificis a S. P. R.oma filius institutus ac declaratus Sac. Conventus Assisiensis ad habitum Ordinis in qualitate Clerici admissus est ad normam Constitutionum ac consuetudinum nostrarum, suffragantibus ipsomet R.mo Patre et AA. RR. PP. Magistris Pieri ex-Procuratore Generali, et Conventus hujus SS. XII Apostolorum Guardiano, Manfredi Ministro Provinciali Provinciae Lauretanae, Galante ex-Assistente Generali, Della-valle item ex-Assistente Generali, et me Ordinis Secretario, quorum vota fuerunt omnia affirmativa. (*Reg. Ord.*)

Die 4, idem Antonius Amone habitu Ordinis indutus est a R.mo Patre Ministro Generali in suo privato Sacello; a quo etiam Assisium missus est ad suum Novitiatum in Sacro illo Conventu peragendum. (*Reg. Ord.*)

Die 1 Martii 1787 per litt. pat. P. Antonius Amone instituitur Magister Musices in Patriarchali Assisien. Basilica. (*Reg. Ord.*)

1792. — 173. Vincentius Moschetti.

Die 9 Julii 1792. P. Vincentius Moschetti per pat. litt. instituitur Magister Musices in Conventu Auximi. (*Reg. Ord.*)